

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis
Extrema Unctionis, & Ordinis

Bosco, Jean a

Lovanii, 1672

Concl. III. Ordinariè unus, in necessitate simul, & successivè plures
possunt ministrare hoc Sacramentum eidem infirmo, in eadem infirmitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](#)

diæ, quales sunt baptizare, distribuere Eucharistiam, administrare Extremam Unctionem, assistere Matrimonio &c.

Itaque sine licentia Parochi simplex Sacerdos secularis seu Regularis, non audeat extra necessitatem administrare hoc Sacramentum. De obligatione, quam habet Parochus administrandi; dicam infra, ubi de obligatione suscipiendi.

Impræsentiarum quæro; an plures Sacerdotes simul, vel successivè, possint inungere eundem infirmum, in eadem infirmitate. Respondeo:

CONCLUSIO III.

Ordinariè unus, in necessitate simul, & successivè plures possunt ministrare hoc Sacramentum eidem infirmo, in eadem infirmitate.

Probatur 1.
pas Concl.
ex universali praxi.

Prima pars est communis, & satis probatur ex universalis praxi Ecclesiæ Romanæ, quæ ordinariè non admittit, nisi unum Ministrum, simul inungentem, & proferente verba essentia formæ: *Per istam sanctam Unctionem &c.*

Ex quo patet; ly Amen, quod ponitur in Rit. Rom. in fine formæ, non esse verbum essentiale, cum non soleat proferri à Sacerdote inungente, nisi in defectum assistentis.

Quare non
valet quod
unus Sacer-
dos inungat,
& alius pro-
ferat for-
mam?

Sed quare, inquis, non sufficit, quod unus Sacerdos inungat, & alius proferat formam? Nam forma deprecativa est, & verissimè unus potest orare, ut per actionem alterius Deus remittat infirmo peccata. Secùs contingit in aliis Sacramentis, quorum forma est indicativa, & per consequens nequit verificari, nisi ille, qui dicit, v. g. *Ego te baptizo, ipse propriis manibus, & non alienis abluat.* Sed quid obstat, quod alio inungente, ego dicam: *Per istam sanctam Unctionem &c. indulget tibi Deus &c. & verum dicam?*

Responso.

Respondeo; voluntas institutensis, quæ præcipua est in hoc punto, & suo etiam modo ratio veritatis verborum; quippe qui alium movere vult aliquo obsequio, debet ipse adhibere illud, & propriis precibus voluntatem suam indicare: ergo qui unctione vult movere Deum ad remissionem peccatorum &c. ipse debet illum unctionem adhibere & propriâ prece illum suam voluntatem Deo intimare; unde habet sententia, ac si diceret: *Per hanc Unctionem, quam ego facio, te rogo &c.* Sicut dum Græci dicunt: *Baptizetur, seu Baptizatur talis servus Christi, sub-intelligitur, manibus meis.*

Confirmatio-

tur.

Confirmatur ex formis Veneta & Ambrosiana, in quibus dicitur: *Vngo te.*

Alioquin tam hæc forma baptismi: *Baptize-
tur &c.* potest esse vera, si alius sit, qui ab-
luit, quam ista: *Per istam sanctam Unctionem
&c.* si alius sit, qui inungat. Sicut ergo di-
xi, præcipua, ne dicam sola, ratio hujus ve-
ritatis est voluntas Christi, quæ nobis confit
ex perpetua & universalis praxi Ecclesiæ tam
Romanæ, quam Græcæ, à qua non est rece-
dendum in re tanti momenti, à qua pendera-
lo Sacramenti.

Nec obstat; quod aliquando potest esse ne-
cessitas, v. g. si unus Sacerdos est mutus, &
alius careret manus; nam eadem necessitas, &
procul dubio major, potest occurrere in Sac-
ramento Baptismi; & nihilominus communis-
ma sententia requirit unicum Ministrum ad
valorem Baptismi in quacumque necessita-

te. Itaque in omnibus Sacramentis, quorum
materia proxima est actio Ministri, semper
idem est, qui profert verba, & qui materiam
applicat: nam materia proxima determinata
est per formam, ut cum ea unum Sacramentum
constitutus; hoc autem convenientissime fit,
quando eadem persona profert formam, & qui
fit actio. Et aliunde non est ulla ratio exceptio-
di hoc Sacramentum.

Immo includendum esse, colligitur ex verbo
Iac. Apost. *Inducat Presbyteros Ecclesia, & vel-
lent super eum, ungentes eum. Orent, inqui-
ungentes: ergo vult eundem esse, qui orat, &
qui ungit; vult enim ut ungendo oret, & ungat
orando.*

Minime, inquis, sed vult ut unus Presby-
ter oret, & alter inungat, alioquin cur dicunt
*Inducat Presbyteros, & non potius: Inducat ref-
hyterum?* Ideo ergo Presbyteros requirit, ut id
licet unus inungat, & alter oret.

Respondeo, sensum illorum verborum est, *Inducat unum ex Presbyteris, ut dixi Sec. 1. Con-
clus. 1. ita ut plurale possum sit pro singulis
vel certè, ut ait Suarez hic Dis. 43. Sec. 1. in
propter reverentiam vel solemnitatem Sacra-
menti possum est plurale illud, ut significar-
etur, Sacramentum hoc cum debita pompa &
solemnitate esse deferendum. Hec illæ.*

Et quævis ubique non observeretur hæc so-
lemnitas, id est, non deferatur hoc Sacra-
mentum assistentibus seu concomitantibus pluribus
Presbyteris; attamen S. Carolus Borromeus
in Concilio Mediolanensi 4. tit. Quæ pertinet ad Extre. Unctionem, salubriter statuit
*Id Extrema Unctionis Sacramentum ministrantes,
quot commode potest, Presbyteros & Clericos adhibe-
re studeat, superpelliceos induatos, qui ipsum &
ministrantem & precantem, pietatis orationibus, indu-
ti in eo ministerio adiuvent.*

Appositè Hesselius suprà cap. 66. Proposes
Jacobus de pluribus loquitur, quia in primiti-
va Ecclesia, Episcopus cum uno aletore Se-
côrde, magna cum devotione & reverentie, ser-
vans

accedebant ad infirmum, ut pluriū oratio magis arguto subveniret. At nunc refrigerante multū charitate, perit etiam reverentia erga Dominica Sacraenta. Hoc attamen communiter etiam observatur, quod Sacerdotem comitentur aliquot amici & vicini infirmi; ut quod copiosior, et fructuosis sit oratio.

Nec movere quemquam debet; quod Iacobus dicit, plures argutum debere ungere: qui omnes ungunt, dum Sacerdoti ungunt, omnes co-operantur & approbant unctionem. Sicut in Missa, omnes audientes, cum Sacerdote Christum Deo offerunt. Sicut etiam communiter loqui omnes dicuntur, quando unus pro omnibus, seu omnium nomine loquitur. Ac denique, non est inconveniens, quod cum plures adjungant Sacerdotem, unus unum membrum ungat, alius alterum &c. Hactenus Heslius. Sed quomodo hoc si intelligendum, statim edifero.

Apud Gracos sex Sacerdotes concurrant ad hoc Sacramentum.

Apud Gracos quoque officium Ext.

Unctionis perficitur a Sacerdote, concurrentibus sex aliis Sacerdotibus, olim quidem ut afflentibus,

ad multiplicandas preces cum uno inungeant, nunc autem uno post alterum, cum interpositione quarundam ceremoniarum repetente totum Sacramentum.

Quem quidem morem tentatis variis excusatibus esse abusum, qui cum aliis quibusvis navis in ritus

Gracorum irrepit, suspicatur Arcadius lib.

c. 6. contra inerabilitatem hujus Sacramenti in eadem infirmitate. Quantunvis Iacobus Goar

hunc morem fortiter ab abuso vindicet n. 37. al-

legans varia parum concludentia. Neque ego vi-

deo solidum fundatum excludo; supposita

prædicta inerabilitate; nisi quis fortasse dicat,

Unctiones succendentium Sacerdotum cum pre-

cibus adjunctis, ex eorumdem intentione solum

esse ceremoniales. Ita præfatus Autor.

Quidquid sit de hoc rito Gracorum, non obstat is nostra & communis sententia, de qua hic tractamus, sed potius eam probat, ut patet. Ma- net ergo ex præxi communi tam Ecclesia Ro- manæ, quam Græcæ, eamdem personam debere inungere, & sacramentaliter orare. An autem una debeat esse persona, que inungat omnes partes, an verò plures possint inungere, & simul sacra- mentaliter orare, unus unam partem, alius aliam partem, adhuc refutat examinandum. Et quidem quod unus sufficiat, exprimitur satis in iure cap. Quæfuit, 14. de verb. signif. ibi: Nos itaque tibi taliter duximus respondendum, quod Sacerdos uno pra- sente Clerico, & etiam solus potest infirmum ungere.

Ita Alex. III.

Quin immo praxis Ecclesie Romanæ extra necessitatem non admittit plures, sed vult ab uno & eodem omnes unctiones perfici; licet enim, secundum nos, omnes sint essentialiter Sacramentum, tamen constituant unum & idem completum & perfectum integraliter Sacra- mentum; veluti confectiones Corporis & Sangu-

nis Christi, estd ambæ seorsim sint essentialiter Sacramentum, tamen simul conjunctæ consti- tuunt unum integraliter Sacramentum: ergo si- cuti haæ confectiones extra necessitatem de- bent fieri ab uno & eodem Sacerdote seu Mi- nistro, ita jure merito Ecclesia volvit, ut etiam omnes unctiones fierent ab uno & eodem Mi- nistro, his aliud cogat necessitas, præsertim cùni Plures doceant, singulas non esse essentialiter Sa- cramentum seu partialia Sacraenta, sed omnes esse unum Sacramentum etiam unitate in- divisibilitatis. Immo Multi existunt, non esse validum Sacramentum, eo modo collatum. Unde indubie ficeret peccatum mortale, extra nec- cessitatem eo modo conferre, quia contra primum Ecclesia in materia notabilis, ut patet.

Interim quod tempore necessitatis plures pos- sunt inungere, unus unam partem, alius aliam, si- mul ac successivè, docet etiæ praxis Ecclesie, & est communis sententia. Si ergo Minister defici- at, antequam perficerit omnes unctiones, potest alias succedere, qui unctiones omislas suppleat.

Ratio est manifesta, maximè in nostra sen- tencia; quia alioquin Sacramentum maneat integraliter imperfectum, èo quod singulae unctiones, cum suis proportionatis formulis, sint partes integrales utilitatis Sacraenti; habéantque suam proportionatam significacionem ab aliis inde- pendentem, simili modo, quo consecratio Cor- poris & Sanguinis Christi.

Sicut ergo haæ in necessitate possunt, immo debent ponî à diversis Ministerib; ut Omnes ad- mittunt, & Rubrica expresse præscribunt, ne Sacramentum & Sacrificium maneat imperfec- tum; sic non apparet illa ratiō; quare in casu proposito non possint illæ unctiones ponî à di- versis Ministerib; veluti in artefactis, quāvis non debant partes integrales ponî à diversis artificiis, equidem possunt ponî.

Quin existimo, debere ponî omnes unctiones; maximè, quia probabile est, singulas non esse es- sentialiter Sacramentum: ergo ne infirmus ca- reat hoc Sacramento, ad quod habet jus, necessariū erit, ut alius Sacerdos perficiat restantes unctiones. Cumq; habeat jus non solum ad ef- ficiendam Sacramentum, sed etiam ad ejus integri- tatem, & haec erit necessariū ponenda in nostra sen- tencia, ne alioquin caret partiali effectu, ad quem habet jus.

Sicuti in Ordinatione, si unus Episcopus contulisset potestatem conferrandi, & antequam conferret potestatem absolvendi, deficeret, alius non solum posset, sed etiam debet supplere; ne ordinatus caret hujusmodi potestate, ad quam habet jus.

Cæterum in sententia Aliorū, hæc res ma- jorem patitur difficultatem; cum enim singu- lae unctiones non sint partialia Sacraenta, vi- detur Sacerdos succedens non solum posse; sed etiam debere repetrere omnes unctiones à prin- cipio. Sicuti, si unus protulisset medium for- matum Baptismi cum ablutione, alius nec posset

LII quidem

foli 275. b.
textus mis-
sue servato
sunt legua
missa

59.
In necessi-
tate plures
possum in-
ungere di-
versas pa-
ties, simul
aut suces-
sive.

60.
Immo de-
bet in una
gere.

Probatur
à simili id
Ordinatio
nē.

61.
An sacer-
dos suc-
cendens debet
repetrere
precedentes
unctiones.

Occurrit
objectioni.

57.
Apud Gr-
acos sex Sa-
cerdotes concur-
rant ad hoc Sa-
cramentum.

Hinc
sacrificia
Graecorum.

Cap. 14. de
verb. signif.

58.
Ecclesia
Rom. extra
necessitatem
non admis-
tret plures
Ministros.

Diff. 9. De Sacram. Extrema Vnde.

450

quidem, multò minùs deberet proferre aliam medicatatem, sed deberet repeteret totam formam, & iteratò ablueret.

Id effici-
tum docet
Miceratius
apud Dia-
nam.

Hinc Miceratius to. 3. tract. de Extr. Und. disp. 10. sect. 2. n. 8. observat (testa Diana p. 5. tr. 3. refol. 87) cùm non sit certum, Sacramentum Extrema Und. sic à duobus ministratum, validum esse, si contingeret Sacerdotem, qui cœpisset infirmum ungere, mori ante quam omnes unctiones absolveret, alteri licitum esse unctiones à principio repetere, perinde atque si prior ille nihil earum inchoasset. Id Theologo docent communiter. Et ratio est; quia id infra multò est utilius, cùm sic Sacramentum certissimè recipiat.

D. Thomas
videtur sen-
tire opposi-
tum.

Fateor tamen S. Thomam in citata ad 3. re-
sponsione, videri sentire, id esse illicitum, &
posteriori Sacerdoti esse progredientem in eo,
quod prior inchoavat, quod procul dubio in-
telligendum est, dum mora inter singulas un-
ctiones, factas à duobus, interposita, tanta non
esset, ut obstat posset validati Sacramento, si
perfectæ omnes ab uno fuissent. Hac Miceratius.

Uti etiam
Philip. Fab.

Et verò quod id sit illicitum, præter D. Thomam, docet Philippus Faber in 4. Sent. dist. 23. q. unic. disp. unic. c. 4. ubi scilicet ait: Differt Extrema Unctio ab Eucharistia, quia si unus Sacerdos conficiat Corpus & non Sanguinem, posset alius Sacerdos perficere illud Sacramentum conse-
crando vinum tantum, quod ab alio omisum fuerat; vel, incipiendo à principio consecratio-
nis, sumere aliam hostiam, eamque consecrare, deinde consecrare Sanguinem, & perficere Sa-
cramentum, ut observavit Sotus ex D. Tho-
dist. illa 23. a. 1. In Extrema autem Unctione, si
unus Sacerdos faciat duas vel tres unctiones, &
deficiat, alius non potest exordiri à capite, &
ungere easdem partes; quia efficit, ac si super eam-
dem hostiam consecratam consecrationem repe-
teret, quod non est ullo modo faciendum; debet
ergo persequi alias unctiones, que omisæ fuen-
tent. Ita Faber, ut refert Diana supra.

Quomodo ergo recte Diana ab hac que-
stionem: An si Sacerdos ungendo infirmum moriatur,
possit alius perficere unctiones prætermisas? quomo-
do, inquam, verè respondet: Negativam senten-
tiā docet Philippus Faber in 4. Sent. &c. cùm
aperitissimè doceat sententiam affirmativam?

Uti etiam claram falsum est, quod, relatis his
verbis Fabri, subjungit Diana. Sed contrarium do-
cet Mollesius, Turrianus, Tannerus & Ochaga-
via de Sacr. Ext. Und. q. 8. n. 5. ubi ait: Vali-
dum est hoc Sacramentum, si aliquæ unctiones
cum suis formis correspondentibus fiant ab uno
Sacerdote, & aliæ ab alio; quia ex eo quod
unus Sacerdos conficit priores unctiones cum
suis formis, & posteriores non conficit, quia non
potuit propter mortem suam, non debet infir-
mus privari hoc Sacramento: possunt ergo ab
alio exhiberi, non repetendo primas unctiones,
quia illæ fuerunt validæ, integræ, & completae,

Sotus

63.
Similiter
Mollesius,
Turrianus,
Tannerus
& Ochaga-
via.

& non possunt repeti iterum; sicut neque hostia prima
semel consecrata potest iterum consecrari: ergo, non
ille alius Sacerdos, qui subsequitur, debet solus
postiores unctiones cum suis formis effici.

Confirmatur; quia quod in aliis Sacramentis, non
Sacramentum incepit ab uno Ministro, non
potest consummari ab alio, ut in Baptismo &c.
ex eo est, quia non consistunt in pluribus mat-
riis & formis partialibus, sed in una tantum ma-
teria & forma; at hoc Sacramentum habet plures
materias & formas partiales, ergo licet quidam
unctiones fiant ab uno Sacerdote, alii tamen
possunt fieri ab alio Sacerdote. Sicut in Sacrificio
Missa, si Sacerdos moriatur post consecra-
tionem hostię, alius Sacerdos debet consecrare cal-
cem, & prosequi: & quidam extra casum necessi-
tatis grave peccatum committret eo modo
videndo unctiones, propter rationem supradictam; in
casu vero necessitatis nullum. Ita Ochaga-

Numquid contrarium docet Phil. Faber? Li-
quet prorsus, quod idem docet fieri illud
meritis. Igitur quandoque bonus dormitat her-
bris, si non sapienter Diana.

Sed ad rem ipsam veniamus; ac in primis
militudo cum hostia semel consecrata, quae non
potest amplius consecrari, nimium videtur dedi-
care in sententiā, quia docet, singulas unctiones
non conferre distinctum effectum; quia (sic)
quit Arriaga disp. 54. n. 13. in hostia lopeca
jam Christus positus, ac proinde iam est factum
quidquid posset per secundam consecrationem
fieri. At in casu proposito nihil adhuc factum est
per eam unctionem. Melius ergo potest id pre-
suaderi; quia cùm in hoc Sacramento sint mat-
riae partiales, & quælibet habeat suam formam
non videtur esse illa ratio, cur non suffici
unam cum sua forma fieri ab uno Sacerdote
terram ab altero. Hac illa.

Et ante ipsum Doctor Seraph. 4. dist. 23. a. 1.
q. 4. ibi: Ad illud, quod queritur, si Sacerdos dicit,
urum sit initiandum? Dicendum, quod non est ini-
tiandum, quod inchoatum est, pro eo quod quælibet ac-
tio specialiter habet formam, sicut patet apud Con-
cordiarium: attamen generaliter convenienter in ini-
tiatione peccari.

Si objicatur; etiam in casu proposito per ea
unctionem factum est, quidquid posset per se
cundam unctionem fieri quia sicut in eam un-
ctionem nihil adhuc factum est, id est, adhuc
nullus positus est effectus, sed ponenda est in
ultima unctione ita per secundam unctionem
nihil fieri, id est, nullus pro tune ponetur effectus,
sed in ultima unctione: ergo totum factum est
per eam und. quidquid fieri posset per secundam
ad quid ergo multiplicatio istarum unctionum?

Respondeo; quia incertum est, an prima un-
ctione in casu proposito aliquid facies in ultima
unctione; certum autem est, quod prima con-
secratio totum fecit, quod alia potest facere; inde
que certum est, quod secunda consecratio nullum
faciet; incertum autem, an secunda unctione vel
faciet.

Quin immo certum videtur, quod aliquid faciet, estò prima sufficeret; sicut secunda & tertia ablutione aliquid facit, si praecedant formam Baptismi, estò prima sufficeret. Cur ergo non erit licitum secundam unctionem adhibere; immo cur non præceptum, ad evitandam omnem incertitudinem Sacramenti? Eo semper salvo, ut commodè adhiberi possit.

In illa ergo sententia, non video, quare hoc foret illicitum; immo quare non foret præceptum. Porro in nostra sententia, qua docet per primam unctionem esse collatam partialem gratiam Sacramenti, res habet majorem diffidatatem; & forte Faber & Ochagavia secundum illam locuti sunt; cum enim iam tunc positus sit partialis effectus, & aliis ponit non possit per secundam unctionem ejusdem partis corporis (suppono quippe hoc Sacramentum esse initerabile in eadem infirmitate) qua duplicitas consecrationis ejusdem hostie, eadem omnino videtur esse ratio duplicitis unctionis ejusdem partis corporis; & proinde sicut illa est illicita, ita & hæc videtur esse illicita.

Interim, quia hæc sententia non est omnino certa, Sacerdos potest sequi sententiam probabilem contrariam, quod priores unctiones sunt nullius momenti. Deinde potest in dubio de valore praecedentis unctionis, repetere eam, addendo mentalem conditionem, ut in aliis Sacramentis in casu dubii. Quāvis enim non sit Sacramentum omnino necessarium, saltem communiter, tamen est valde utilis, & appositi illa conditionis tollit omnem irreverentiam.

De cetero, quæ successivæ unctiones, eadem est ratio simultaneæ, si necessitas exigat eam sic fieri, v. g. si infirmus adeo morti sit vicinus, ut mortaliter loquendo unus Sacerdos non possit omnes unctiones perficere, ne Sacramentum vel nullo modo administretur, vel saltu maneat integraliter imperfectum, videtur licet plures adhibere Sacerdotes ut simul & semel unus ungar oculos, alter manus &c. quilibet autem proferat debitum formam super unctionem à le factam: nam ea coëxistentia est omnino per accidens, cum unus non impedit alterum, nec aliunde inveniri possit ratio, quæ petit ad valorem ejus Sacramentum successionem unctionis. Et ideo hanc sententiam docet Diana supra resol. 88. cum Præposito, Suario, Barbola, Filliucio, Villalobos, & Victorelo, quos citat.

Et quāvis raro sit tanta necessitas, & vix contingat, ut simul adhinc alii Sacerdotes parati, & ut unus non impedit accessum alterius ad infirmum, ita ut fortasse ciuitas unus possit omnes eas unctiones perficere, quām duo aut tres simul; nihilominus physicè non est casus impossibilis; aliquando enim contingit infirmum expirare ante perfectum hoc Sacramentum; ergo ex parte infirmi potest esse ea necessi-

sitas, quod si unus Sacerdos sit ex una parte levè, alter ex altera, sicut aliquando natum est fieri, possunt se non impediendo unus manus, alter oculos aut narres, tertius pedes simul tempore inungere. Atque hæc sufficiant de Ministro Extremæ Unctionis; pauca subiicit de ejus Subjecto, atque in primis dico:

CÖNCLUSIO IV.

Intingendus solus fidelis infirmus, de cuius morte timetur.

E st sententia communis, etiam sic intellecta, Probatio
ut Sacramentum aliás, non solum sit illici-
tum, sed etiam invalidum.

Ratio à priori; voluntas instituentis, quæ col-
ligitur partim ex verbis Iac. Apost. partim ex
communi sensu & Traditione; multa quippe ob-
servat Ecclesia in administratione hujus Sacra-
menti, quæ non sunt scripta, ut patet ex dictis,
& adhuc patet ex dicendis:

Quod igitur solus fidelis sit intingendus, Probatio
ostenditur ex illis verbis Iac. Apost. c. 5. Infir-
matur quis in vobis? scilicet, qui ejus fideles;
nam sic incipit suam Epistolam: Iacobus Dei &
Domini nostri Iesu Christi servus, duodecim tribubus,
quæ sunt in dispersione, salutem. Omne gaudium ex-
stimate fratres mei &c. Quis ergo dubitet, eum
scribere fidelibus? Et sane quid aliud sig-
nificant illa verba: Inducat Presbyteros Eccles-
ia? Et ista: Oratio fidei salvabit infirmum?

Quod probè intelligens Cöcil. Trident. 69.
fess. 14. de hoc Sacram. c. 1. ait: Inflituta est ex Scripta
autem sacra hec unita infirmorum, tamquam vere
& proprie Sacramentum novi Testamenti à Christo
Domino nostro, apud Marcum quidem insinuatum, per
Iacobum autem Apostolum ac Domini fratrem, fi-
delibus commendatum ac promulgatum. Fidelis-
bus, inquam, id est, baptizatis, cum Bap-
tismus sit iuncta Ecclesiæ & per consequens
aliorum Sacramentorum, quæ sunt columnæ
Ecclesiæ, ut suo loco diffusus probavimus, &
ideo hic supercedo.

Tantum addo ex Trid. suprà in procēdio: Hoc
Sacramentum non modo Parientis, sed etiam totius
Christianæ vite..., consummatum existimatum est
Parientis. Et infra: Quemadmodum (Redemptor no-
strus) auxilia maxima in Sacramentis aliis preparavit,
quibus Christiani conservare se integrum dum viverent,
ab omni graviore spiritus incommode possint; ita Extr.
Vñt. Sacramento finem vite (Christianorum) tam-
quam firmissimo quedam præsidio manivit. Et queso,
qui Christiani, nisi quos Christus D. lavacro
ad infirmum, sui corporis membra semel effecit?

Supponit ergo Extrema Unctio vitam Chri- 70.
tianam inchoatam in Baptismo. Supponit Sa-
cram. Parientis, quod nemo validè suscipit,
nisi fidelis, id est baptizatus, cum teste Trid. su-
pra de Sacram. Penit. c. 2.) Ecclesia in nem-
per Baptis-
tum.

L 112 nem

66.
Dicitur intel-
ligenda est
juxta no-
stram sen-
tentiam.

67.
Quæ succed-
vit usq[ue] ad
bis. eadem
est ratio si-
multanea.

Dicitur
Prestostris,
Sacerdotis,
Barbola,
Filliucio,
Villalobos,
Victorelo.